

/ Illustrissime et Reverendissime Domine patrone observandissime.

Quamquam angustioribus quotidie terminis reliquiarum ecclesiae Hungaricae libertas circumscribatur, quia tamen omnis occasio tuendi propagandique divini cultus vel inter dubiam rerum spem chara

5 cuique esse debet, ad sarciendam personarum spiritualium his in locis inopiam, tres iuvenes bene moratos, Franciscum Geogh, Ioannem Acbii, Michaellem Zentherebti, Romam misi, qui in collegio Hungarico pietatis et litterarum disciplinis exornati, ecclesiasticis deinde muniis fungi possint. Et cum in perturbato harum partium

10 statu difficile sit invenire quos in hoc genere expectationi Superiorum responsuros sperare liceat, confido hos opinionem de se conceptam minime frustraturos. Hos igitur ut Ill^{ma} et Reverend^{ma} Dominationis Vestra in patrocinium suum pro incumbente sibi harum provinciarum cura, meaque intercessione receptos, il collegio Hunga-
15 rico collocari suique favoris gratia prosequi velit maiorem in modum oro, de reliquo eandem felicissime valere desiderans. Datum Tyrnaviae 9 Iulii anno Domini 1608.

Ill^{mae} et Reverendissimae Dominationis Vestrae

Humillimus servus

Card^{lis} Strigon.

20 -----

All' Ill^{mo} et R^{mo} Signore mio Pron Col^{mo}, il Sig^{or} Card^l Bellarmino. (sigillum)

Roma.

(manu Bell.): Si puo rispondere in vulgare.

25 Arch.Vat. Gesuit. 16 fol.70. Origin.